Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipiunt sermones sci augustini epi

EVANGELIUM. .1.

~~AVDIVIMVS ET INFO~~

dnm eos arguentem q faciem celi nor pba
re. et tempus fidi regni celorum adppinquan
tis nesciunt inuenire. Iudeis aut hoc di
cebat. sed etiam ad nos sermo peruenit. Dns au ipse xpe
ihe euangli sui pdicationem ita cepit. Agite penitenti
am. adppinquabit enim regnum celorum. Et iohs euangelista
apls ei. similiter et iohs baptista et precursor ipsius cepit.
Agite penitentiam. adppinquabit enim regnum celorum. Et mo cor
rip dns q nolunt agere penitentiam adppinquante regno
celorum. Regnum celorum non uenit cum obseruatione sic ipse ait.
Et iterum ipse ait. Regnum celorum intra uos est. Prudenter ergo
accipiat unusquisque monita preceptoris. ne perdat tempus miscedie
saluatoris. q mo inpendit. quamdiu generi humano parcit.
Ad hoc enim parcit homini ut conuertat. et non sit q dampnet.
Viderit ds quando uenit finis scli. est tamen mo tempus fidi. finis
scli utrum hic aliquem nrm inueniat nescio. et fortasse non in
ueniet. Tempus cuiquam nrm in proximo est. qa mortales sumus
inter casus ambulamus. Et si uitrei essemus. minus casus timeremus.
Qd fragili uase uitreo. Et tamen seruat. et durat per scla. Et si
enim casus uitreo timent. senectus ei et frebris non timent. Nos ergo
fragiliores et infirmiores sumus. qa et casus oms q non cessant
in rebus humanis. fragilitate utique nra cottidie formidamus.
Et si ipsi non accedant. tempus ambulat. Vitat homo ictum.
nunquid uitat exitum. Denique nec lubricos gignunt interiora.
nec morbus quilibet subito occupat. Postremo quantum uis homi

Vitat quem extrinsecus eueniunt. nunquid qd intus nascitur pellitur.